

Wf  
593



n. 66,



n. 66, 9.

W  
f  
593

FVNEBRIS THRENODIA

IN OBITVM BEATISSI-  
MVM ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS  
ac Domini, Domini Friderici Gulielmi Augustæ  
memoriæ, Ducis Saxonæ, Comitis Thuringiæ li-  
mitanei, Marchionis Myſniæ & qui Vinariæ vi-  
tam in terris Non Inty clausit placidissimo fine,  
consolatione & subiecta admonitione cum precibus  
adhibita ad illustrissimum principem ac Domi-  
num, Dominum Iohannem Saxonæ Du-  
cem, optimum veræ Reli-  
gionis Vindi-  
cem.



ERPHORDIAE,  
*Apud Martinum Spangbergium.*



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

**D**

Rv

Ex

Inter

Tun

Occi

Elect

CHR

Occi

O do

Tan



**D** Vx patre, avo, proavoq<sub>3</sub>, abavoq<sub>3</sub>, atavoq<sub>3</sub>  
creatus,

Electore sacri Romulidum imperij,

In quorum clypeis fulvoradiantibus auro,  
Saxones et Mysi Thyrigetumq<sub>3</sub> manus

RVTAM, enses, aquilas, nigrantia tigna, leones,  
Saxonica agnoscunt propria signa domus:

Ex cuius sphragide olim illustri redditus orbi,  
In LIBERTATEM RELIGIONIS HONOR.

Inter avus Tartessiacas ubi praelia, turmas  
Fert, hoc dogma serens, quod benè sparsit OLOR.

Tunc obscura die russoq<sub>3</sub> infecta colore  
Visa fuit facies candide Phæbe tua.

Occidit hic mundo frater, dux IANE, maligno,  
Præstigiis Thracum ter geminaq<sub>3</sub> fere.

Electoratus duo fasces lustra gerendo  
Dux illibata qui pietatis erat.

CHRISTIANO electore, DEO sic disponente, SECUNDO,  
Teste relatorum plus nimis eximio:

Occidit icta velut mordaci pondica ferro  
Pinus, & humenti populus usta Noto.

O domus antiqua, ò Germanidos incluta terre  
Stirps Sycharte tua, stirps Vitikinde tua.

Tam cita fata carent non omine, lugeat ipse  
Rodolphus, cuius fida columna fuit.

Luge at & misso Germania principe tanto,  
Virtutum donis vix habitura parem.  
Mæstaq; nobilitas nunc ploret, desleat omen,  
Illa singultu concutiente caua,  
Nam cum nondum Asia bellum Ægyptusq; negarint,  
Intestina domi conserere arma iuvat:  
Et quasi pauca truci veniant hæc commoda Turca  
Sic propria visum est cladis amore trahi.  
Inq; vicem nos civili consumere bello,  
Ut super exhaustos viribus ille ruat.  
Sic perijt pudor, & perijt prudentia, rubro  
Ara auro cepit vilior esse sacra.  
Quin nunc largitur pro Petro jam omnia Simon,  
Ad loculos pulsus funditus Ambrosius.  
Et quia Simoni pro Petro Ecclesia seruit,  
Languescis paucis interitura fides:  
Symmistis fætent epula, mariotica sordent  
Vina, nisi Iliacus porrigat ille puer.  
Imponunt, ruduntq; necant, mæchantur, aberrant  
A vero, sternunt ad mala cuncta viam.  
Nummi militibus, qui debent cedere contra  
Turcas, & tutas reddere in orbe domos.  
Felle hominis vulpes in vasros tollit abusus,  
Cum consanguineis singula quæq; rapit.

Vt

Ut CHRISTI perimantur oves, turbetur ovile,

Poscat & admissos caula ad aperta lupos.

Qui curios simulant & Bachanalia vivunt,

Et sunt quid penis vulpibus atq; lupis.

RELLIGIO tamen & CHRISTVS jaētatur ab illis,

Tollitur & passim prostat imago crucis.

Hos miserum vulgus multum admiratur & esse

Cælestes animas Semideosq; putat.

Quò ventum est superi? quò vis progressa Diones?

Quò gula? quò luxus? quò genus omne mali?

Ominis exitui FRIDERICVS DVX GVLIELMVS

Cessit, & edomuit sine fideq; nefas.

Elisij placidas gaudens cognoscere sedes,

Et meliore sui sydera parte colens.

Non ergò divis cum natis ANNA MARIA,

Princeps nec frater funera plange, sat est.

Ergo tuæ ut fratris curam nunc suscipe prolis,

Et noli viduam deseruisse piam.

Non miserabilibus revocatur ab æthere votis

Frater, cui superum est nunc patefacta domus.

ORA-

ORATIO.


**T**E sine nulla salus **CHRISTE**, arma, famemq̄, luemq̄  
Qui regis, & vitæ iuraq̄ mortis habes:  
Qui mundi nostras spirasti obnoxius auras,  
Innocuus veri, vis, via, vita salus,  
**IOHANNEM** tu **CHRISTE** Ducem Dux alme gubernas,  
Floreas æternis ut sacra **RUTA** comis.  
**CHRISTIANVM** secum iungi fac usq̄ **SECUNDVM**  
Fac electorem, fac patruosq̄ duces,  
Sit dominus, sit & una fides, liquor omnibus unus,  
Vnæ epulæ instructæ carne cruore tuo,  
Illorum præsens Nahaman sit pluribus actis  
Asverum Garides consiliisq̄ iuvet  
Bella canes, felesq̄ gerant, hirsuta protervis  
Omnis iam cesset factio dissidijs,  
Multiplici mendax habeat nec corpore Protheus  
Sed candor tantum simplicitasq̄ locum,  
Vobis sit cordi **CHRISTVS**, **CONCORDIA**, **CAESAR**,  
Et constans patriæ religionis **AMOR**.  
Vt Scythæ cum Gethicis monstris non turbet in oris,  
Nec Catus referet limina nostra ferox,  
Sed divinus honos Res & bene publica totam  
Saxonix regnet **PAXQVE SALVSQVE DOMVM**.

A.

I. T. I.

in itinere

Salensi scripta raptim.





ia,  
VI

r,

l.

ULB Halle

3

004 973 542



VD 17





di. 66, 9.



FVNEBRIS THREN

# IN OBITVM B

MVM ILLUSTRISSIM

ac Domini, Domini Friderici  
memoriae, Ducis Saxoniae, Com  
mitanei, Marchionis Mysniae &  
tam in terris. Non Inty claus  
consolatione & subiecta admoni  
adhibita ad illustrissimum prin  
num, Dominum Iohannem  
cem, optimum verae  
gionis Vindia  
cem.



ERPHORDIA

*Apud Martinum Spa*

